

Virginis ad gremia plenis cum laudibus offert;
Post natale solam repetit sua turba Maorum.
Quid vero interea satanas meditatur? in auram
Vix natus seoi minuitur acinaces cecum.
Hinc moerens Herodes, maledicti vellit aures,
Quem tuum regnandi simulabat dira cupido:
Mittit is innumeros, quos iam tum summa voluptas
Obtruncare homines, transfigere suctura ferro:
Hos pulchros amiculos miseranda cede recare
Infantes, nati male REGIS funera sperant.
Sed mirè novit servare se totam puellam,
Dum per pinnatum juvenem moret atq; Josephum
Hortatur, nocte ut fugeret cum matre Maria
Et juvens IEREM, ad septemplicis ostia Nilii,
Donec fata obitum ferrent mortemq; Tyranno,
Ipsos cum gemitu pateret Sygii antra Carathri.
Hinc cum Josepho charaq; parente fit Eul
Cristus, ut eternum faceret nos vivere caelo.

Sic ergo Soboles Maria, pie IESU, salve!
Salve, qui nostri causa, nostrisq; miseratus
Sedibus a caeli venisti in Virginit alvum!
Salve, qui in stabulo non dedignatus haberi,
Et qui pro nobis recubas sub tegmine foeni!
Salve, qui patriam lapsus, puer Eul et iudic,
Ut posses caeli patria nos reddere dignos!
Accipe nunc vitulo labiorum, suscipe laudes,
Quas hodie miseri ferimus tibi; donec in aevum
IESU, cum sanctis tibi munera digna
feremus.

Sioismund Eul's oaus.
Hist. b. Silf.